



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

30. De Nvmero Eqvorvm Et armigerorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

ret, & in omnibus supradictis Dei retrictionem humiliter cogitet.

28. DE SUPERFLVITATE CAPILLORVM.

Omnes fratres, remanentes principali-
ter, ita tonsos habere capillos oportet, vt
regulariter ante & retrò, & ordinatè, con-
siderare possint; & in barba, & in grennio-
nibus eadem regula indeclinabiliter obser-
uetur, ne superfluitas aut faciei vitium de-
notetur.

29. DE ROSTRIS ET LAQUEIS.

De rostris & laqueis manifestum est es-
se gentilicium. Et cùm abominabile hoc
omnibus agnoscatur, prohibemus & cōtra-
dicimus, vt aliquis ea nō habeat, imò pror-
sus careat. Alijs autem ad tempus famulan-
tibus, rostra & laquea, & capillorum super-
fluitatem, & vestium immoderatam longi-
tudinem habere non permittimus, sed om-
nino contradicimus. Seruientibus enim
summo Conditori, munditia interius ex-
teriorisque valde necessaria, eo ipso attestan-
te, qui ait: Estote mundi, quia ego mundus
sum.

**30. DE NVMERO EQVORVM ET
ARMIGERORVM.**

Vnicuique vestrorum militū tres equos
lacet habere: quia domus Dei, templique
Salor-

Salomonis eximia paupertas amplius non
permittit impreſentiarum augere, niſi cum
Magistri licentia.

NVLLVS ARMIGERV M GRATIS 31.
ſeruientem feriat.

Solum a. armigerum ſingulis militibus
eadem cauſa cocedimus; ſed ſi gratis & cha-
ritatiuē ille armiger cuiquam militi fuerit,
non licet ei eum verberare, nec etiam qua-
libet culpa percutere.

QUALITER A D TEMPVS REMA- 32.
nentes recipiantur.

Omnibus militibus ſeruire IESV Chri-
ſto animi puritate in eadem domo ad ter-
minum cupientibus, equos in tali negocio
quotidiano idoneos, & arma, & quidquid
ei neceſſarium fuerit, emere fideliter iube-
mus. Deinde vero ex vtraque parte æquali-
tate ſeruata, bonū & vtile appretiari equos
iudicauimus. Habeatur itaque preium in
ſcripto, ne tradatur obliuioni, & quicquid
militi, vel eius equis, vel armigero erit ne-
ceſſarium, adiunctis & ferris equorum fe-
cundūm facultatem domus, ex eadem do-
mo fraterna charitate impendatur. Si vero
interim equos ſuos miles aliquo euentu in
hoc ſeruitio amiferit, Magister, prout fa-
cultas domus hoc exigit, alios administra-
bit. Adueniente autē termino repatriandi,
medie-